

Hymnus **Gaude mater.** et V. **Ora pro nobis,** ut supra in j. Vesperis; ad Magnificat Antiphona **O lumen,** ut in Feste præcipuo, die iv. Augusti, ad ij. Vespertas.

DIE XXVI. MAI.

S. PHILIPPI NERII CONFESSORIS.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátum Philíppum Confessórem tuum Sanctórum tuórum glória sublimásti : concéde propítius ut cujus solemnitáte lætamur & ejus virtútum proficiámus exémplo : Per.

DIE XXVII. MAI.

BB. PETRI SANZ EP. ET SOCIORUM MM. O. PRÆD.

DUPLEX.

In utrisque Vesperis V. **Ora pro nobis** beáte Petre cum Sóciis tuis. T. P. Allelúia. R^g. Ut digni efficiámur promisiónibus Christi. T. P. Allelúia.

Oratio.

DEUS, qui beátos Mártires tuos Petrum Pontíficem ejúsque Sócios, ad fidem géntibus prædicándam, pari firmitáte et caritáte donásti & præsta, quæsumus, eorum exémplo et intercessióne, nos in tua fide permanére constántes : Per.

DIE XXVIII. MAI.

B. MARIAE BARTHOLOMÆÆ DE BAGNESIIS V. O. P.

DUPLEX.

Oratio.

AMATOR animárum Deus, qui, in beáta María Bartholomæa Vírgine tua, miram ægritudinum tolerántiam pari cum innocéntia sociásti : concéde ut qui ex mérito nostræ actiúnis afflígimur & tuæ gratiæ consolatióne respirémus : Per.